

† Anno ab Incarnatione domini nostri Ihesu christi Millesimo Trecentesimo Tricesimo quarto Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo sexto Mense Augusti die sexto eiusdem secunde Indicionis apud barolum. Nos Nicolaus Iacobi de lauretta Regalis baroli Iudex Iohannes de Mango publicus eiusdem terre notarius et testes subscripti liciterati *etc.* testamur. Quod predicto die in nostri presencia constituta Rosella f. Thomasii de luco uxor franci de Comestabulo filio qd. Palmerii de Comestabulo et nicolais f. dictorum Rosellè et franci Coniugum et concives nostri Ipsa quidem mulier legaliter inquisita *etc.* auctoritate dictorum franci viri et nicolai filii suorum *etc.* nicolaus verbo iussu mandato et voluntate domini franci patris sui *etc.* vendiderunt per fustem tradiderunt et assignaverunt. Nobili viro Iohannucio de sancta Cruce filio qd. Raymundi de sancta Cruce concivi nostro presenti recipienti pro indiviso pecie unius Terrarum seminariarum Capacitatis salmarum quinquaginta sive plus sive minus sunt Roselle predictæ que terre dicuntur de Curtibus sive de mandris et site sunt in pertinentiis ipsius terre baroli olim Cannarum in loco ubi dicitur Sanctus Cassianus et site sunt inter hos fines videlicet iuxta Carrariam qua intur a sancto Cassano ad sanctum victorem, iuxta terras Cidiniole, iuxta ecclesiam sancti polinaris et iuxta viam qua itur a turri de alamagnis ad Sanctam Mariam de Iohanne bone, ad habendum tenendum possidendum dominandum e usufruendum predictam quartam partem pro indiviso predictarum terrarum per eundem Iohannucium et heredes suos Imperpetuum cum iuribus et pertinentiis suis et faciendum de eis id quod et quicquid eis placuerit et videbitur ut veri domini et patroni, omni et quolibet ipsorum venditorum et heredum suorum questione cassante pro pretio seu valore Unciarum undecim tarenorum septem et granorum decem in Karolenis argenti sexaginta per unciam computatis ponderis generalis ad rationem scilicet de tarenis viginti septem pro qualibet salma Capacitatis terrarum ipsarum. Quas uncias undecim tarenos septem et grana decem dicti venditores sponte confexi sunt manualiter recepisce ab eodem Iohannucio *etc.* totum scilicet pretium venditionis *etc.* dicte quarte partis pro indiviso terrarum ipsarum *etc.* Guadium quoque dicti venditores voluntarie per convenientiam dederunt eidem Iohannucio *etc.* quatenus dicti venditores et sui heredes dictam quartam partem pro indiviso eidem Iohannucio ab omnibus hominibus defendant *etc.* posito proinde defensore dicto franco viro suo *etc.* Pacto habito inter ipsos venditores et emptorem ad invicem, quod ipsi teneantur terras ipsas mensurari facere ad illam videlicet mensuram si et prout consuetum est terras mensurari inter Cives baroli, ad quam mensuram si pecia ipsa predictarum terrarum inveniretur forte esse maioris capacitatis predictis salmis quinquaginta dictus Iohannucius teneatur incontinenti dare et assignare eisdem emptoribus illam pecunie quantitatem contingente eisdem venditores debere habere ab eodem Iohannucio pro illa maiori quantitate predictarum salmarum quinquaginta pro rata dicte quarte partis predictarum terrarum ad predictam rationem de tarenis viginti septem pro qualibet salma et viceversa *etc.* Unde voluntarie dicti venditores et defensorem obligaverunt Iohannucio omnia bona sua *etc.* et specialiter dictus francus defensor peciam unam de terra seminaria Capacitatis salmarum novem sistentem in pertinentiis baroli olim Cannarum iuxta terras hospitalis sancte Marie theotonicorum Ierosolimitane iuxta terras Iudicis Angeli de Comestabulo, fratris dicti franci defen-